

QUESTIO V.

Quomodo Ecclesia violata reconcilianda sit?

SUMMARIUM.

- 31 Si Ecclesia est benedicta a sacerdote simplici, vel Pralato Regulari, potest reconciliari, & idem die de Cœmeterio.
32 Si consecrata solum ab Episcopo potest reconciliari.
33 Si Episcopus est absens per duas dietas a Pralato Regulari cum aqua benedicta ab Episcopo potest reconciliari.
34 Quid sit una die a.
35 Rejicitur opinio Novarini.
36 Prædicto privilegio uti possunt Pralati Regulares, etiam præsentia Episcopi.
37 Si Episcopus nec vult reconciliari, nec benedicere aquam, potest Prælatus Regularis, & n. 38.
39 Si violatio fiat, dum sacerdos celebrat.

Julius I. Leo X. Henric. Tambur. Præposit. Barbos. Diana. Sotus. Suar. Avila. Portel.

32. Si verò Ecclesiæ sint consecratæ, opus habent reconciliatione per Episcopum, qui non potest alteri etiam vicario suo hanc facultatem delegari. Reconciliatio autem Ecclesiæ consecratæ est proprium munus episcopale: Solus summus Pontifex id potest committere simplici sacerdoti. Cardinalis Lugo de Sacram. Eucharistia disp. 20. sect. 12. num. 62. Francisc. Lugo de Sacram. lib 5. c. 5. quest. 12. n. 95. Et patet ex c. aqua de consecrat. dist. Et idem dicendum de Cœmeterio polluto ad ejus reconciliationem.
33. Si autem Ecclesia mendicantium consecrata polluta fuerit, reverenter vocandus est Episcopus ad reconciliandum, quod si Episcopus per duas dietas longe absens sit, tunc ex concessione Leonis X. facta Mendicantibus, poterunt superiores illius Religionis, & reliqui

communicantes in eorum privilegiis, prædictam Ecclesiam pollutam, cum aqua gregoria. na hoc est facta ex vino, & cinere per ipsosmet Prælatos benedicta reconciliari. Ita Confertius, Ugolinus, Sayrus, Barbosa, Henriquez Avila, quos citant, ac sequuntur, Marchinus de Sacram. Ordinis tract. 3. part. 3. cap. 11. num. 14. Megala in promp. tom. 2. verb. Ecclesia Avila. num. 27. in fine Layman lib 5. tract. 5. cap. 5. num. 12. Miranda tom. 2. quest. 3. 9. art. ultimo conclus. 1. Bordonius tom 1. Resol. 17. n. 7. Dicastil. de Eucharist. tract. 5. disp. 4. dub 6. numero 109. Pellizar tom. 2. tract. 8. cap. 5. s. et n. 9.

Una dicta continet septem Lucas, & duæ dietæ quatuordecim, ut tenet Henriquez cum Rodriguez tom 1. quest. 15. art. 2. Joan à Cruce epitome lib. 2. c. 5. dub. 6. compendium Triorum verb. Ecclesia n. 2. Portellus citatus, 34.

Referam etiam hic opinionem quandam Antonii Novarini in summa Bullarii, titulo de pollutione Ecclesiarum num. 7. ubi ait superiores Regulares ex privilegio posse reconciliari Ecclesias consecratas, & citat Grassium, consil. 2. de consecrat. Ecclesia num. 18. Tamen hæc sententia videtur facere multam vim dispositioni juris cap. Aqua, & cap. Proposui de consecrat.

Maximè notandum est, quod prædicto privilegio ad reconciliandas Ecclesias suas consecratas uti possunt Regulares, non solum quando Episcopus distat per duas dietas, sed etiam quando defunctus est imò quocumque modo abijt Episcopus, morte, renuntiatione, ac depositione. Ita Rodriguez tom 2. quest. 19. art. 1. & post illum Persicus de officio sacerdotis dubio 13. num 116.

Imò maxime nota casum. Cum in toto Regno Portugaliæ tantum esset unus Episcopus, & existens in hac civitate Olyssipponensi, in eademmet civitate Olyssipponensi contigit, quod quedam Ecclesia Regularium consecrata violaretur ex quodam homicidio, humiliter postulatum est ab Episcopo, ut dignaretur Ecclesiam reconciliari, quod ipse firmiter negavit; deinde postulatorem est ad eo, ut aquam ex vino, & cinere benediceret, quod ipse eadem constantia negavit, & nullo modo nec voluit ad Ecclesiam accedere, nec aquam benedicere, tunc à viris doctissimis me præsentem resolutum est, quod Prælatus Regularis poterat illam aquam ex vino & cinere benedicere, & illam Ecclesiam consecratam reconciliari, quia ad illum effectum præsentem idem erat episcopus nolens, ac absens, & sic factum est, & Ecclesia reconciliata est à Prælato Regulari. D. Thom. 4. part. 4. quest. 83. ad 2. docet Episcopum posse concedere facultatem, ut in Ecclesia violata celebretur ante reconciliationem nam, cap. Missorum, & cap. Hic ergo de consecrat dist. 1. Simpliciter decernitur fieri posse sacrum, ubi iusserit, vel permiserit Episcopus qui subinde sicut potest concedere licentiam faciendi sacrum in loco non sacro, sic & in templo violato, quamvis ad hoc graviozem causam requirat Avila, unde Cardinalis Lugo supra citatus optime in grandi necessitate hoc concedit, v. g. si in die festo populus non haberet templum ubi audiat sacrum. Ita etiam Diana part. 12. tract. 8. Resol. 23.

Pro casu occurrenti, si dum sacerdos celebrat homici

Card. Lugo. Franc. Lugo. Barbosa. Lezana. Confert. Ugolinus. Sayrus. Barbosa. Henriquez. Avila. Megala. Layman. Miranda. Bordon. Pellizar. Henriquez. Rodrig. A Cruce. Compend. Portel. Ant. Novar. 36. 37. 38. D. Thom. Lugo. Diana. 39.

homicidium, v. g. contingit, & hoc accidit post ceptum Canonem, tunc tenent Missam profequi, ut sacrificium perficiat; si autem ante Canonem violatio fiat, vel Ecclesiam ingrediatur excommunicatus nominatim declaratus per sententiam judicis, aut publicus Clerici percussor, tunc celebrans debet à Missa desistere.

QUESTIO VI.

An si Sacerdos celebret in Ecclesia polluta ipsa maneat reconciliata?

SUMMARIUM.

- 40 Partem affirmantem tenent multi Auctores.
41 Sententia negativa est vera, & certa.
42 Ponuntur illius fundamenta.
43 Sacerdos celebrans in Ecclesia polluta ante reconciliationem non fit irregularis, nec suspensus ab ingressu Ecclesiæ.

40. Sa. Henric. Persicus. Naldus. Zerola. Avila. Dicastil. Tambur. Diana.

41. Lugo. Francisc. Sayrus. Layman. Amicus.

42. Franc. Lugo.

Questio procedit de Sacerdote celebrante bona fide. Partem affirmantem tenent Emman. Sa, Henric. P. Persicus, Naldus, Zerola, Avila, Dicastil. Thom. Tambur. quos citat, & constantet sequitur Diana part. 6. tract. 6. Resol. 28. & p. 11 tract. 2. Resol. 59. & Emmanuel Sa verb. Ecclesia, n. 19. ait quod hæc opinio procedit etiam si Sacerdos celebret mala fide, & Persicus de Officio Sacerdotis, lib. 1. dub. 6. n. 6. 1. ait quod hæc opinio sit valde probabilis & certa in conscientia in praxi, propter Doctorum auctoritatem, & quia præsentia corporis Christi dum in Ecclesia Missa celebratur reputanda est pro sufficienti reconciliatione.

Opposita sententia mihi vera & certa videtur, quod per talem Missæ celebrationem Ecclesia non sit reconciliata, eam fortiter tenet Cardinalis Lugo part. 3. tom. 2. de Eucharistia, disp. 20. sect. 4. n. 91. & ejus Fr. Franciscus de Sacram. lib. 5. c. 5. q. 12. n. 99. Sayrus de censuris, lib. 5. c. 16. n. 11. Layman lib. 5. tract. 5. c. 5. n. 13. Amicus in cursu Theologico, disput. 33. sect. 12. n. 345.

Probatum primo, quia ut notat Franciscus Lugo citatus, opposita sententia nullum pro se habet fundamentum intrinsecum ex ratione, sed tantum extrinsecum ex auctoritate Doctorum. Secundo, sic arguo, in re gravissima, ut est reconciliatio Ecclesiæ forma, & dispositio data ab Ecclesia, non est mutanda; atqui Ecclesia assignat formam, & modum reconciliandi Ecclesiam sive benedictam; sive consecratam ut patet ex Rituali Romano; ergo talis forma sine auctoritate Ecclesiæ non est mutanda. Tertio, si celebratio Missæ à Sacerdote bona fide, est instar reconciliationis Ecclesiæ, idem ergo erit de Missa celebrata à Sacerdote mala fide; nam bona vel mala fides Sacerdotis celebrantis, non reconciliat Ecclesiam, sed ipsa præsentia corporis Christi in Missa dum celebratur, & tantum adest, quando Sacerdos celebrat, bona fide, ac mala; ergo si Auctores contrarii præter Emmanuel. Sa negant talem reconciliationem in Missa celebrata à Sacerdote mala fide, debent etiam negare, in Missa celebrata bona fide.

Sylveira Opuscula.

Ex quo obiter nota, quod Sacerdos celebrans in Ecclesia polluta ante reconciliationem non fit irregularis, ut expressè determinatur in cap. Is qui de sententia excommunicacionis, nec incurrit suspensionem ab ingressu Ecclesiæ, nec fit irregularis, etiam si celebret in eodem loco. Ita ex Paludano, Suarez tom. 3. Sa. ad 3. part. disp. 81. sect. 4. §. penultimo, & ex Sa Layman, Avila, Fagundez, Diana part. 6. tract. 6. Resol. 28.

Paludan. Henric. Suar. Sa. Layman. Avila. Fagundez. Diana.

QUESTIO VII.

De aliquibus privilegiis, quibus gaudent Ecclesiæ Regularium.

SUMMARIUM.

- 44 Ecclesiæ, & Monasteria Regularium exemptorum sunt libera à jurisdictione, à potestate consensu Ordinarij.
45 Bulla Sixti IV. maxime de hac re.
46 Expenditur prædicta Bulla Sixti.
47 Ordinarij non possunt præsumere, ut in Ecclesiis Regulari confessionarij sint in tali loco, nec ne Eucharisticum Sacramentum exponatur, & n. 48.
49 Ordinarij non possunt visitare Ecclesias Regularium, sed Parochiales solum, quæ pertinent ad Officium Parochi, n. 50.
51 In occurrentia in Ecclesiis Collegiatis, & Cathedralibus dicenda sunt duo Missæ, hoc non procedit in Ecclesiis Regularium & n. 52.
53 In Ecclesiis Regularium ipsi invitati non possunt Episcopi alius jurisdictionis exercere. Affirmant aliqui, negat communis sententia, & n. 54. & 55.
56 An in Eccl. Regulari Parochiali possint visitare tabernaculum Sacre Eucharistia?

Ecclesiæ Regularium, ac eorum Monasteria, & cætera, quæ ad eos spectant, sunt omnino libera, & exempta à jurisdictione, ac potestate DD. Episcoporum, itaut in eis non valeant aliquid ordinare, ac præcipere ut concessum à multis summis Pontificibus per suas authenticas Bullas, referam unam tantum Joannis 22. concessam Patribus Carmelitanis, & referretur in eorum mari magno Sixti IV. Bulla 37 apud Bullar. Rodriguez & in Compendio Carmelitar. Discalceator, fol. 22. Bulla incipit, Dum attenda meditatione; numero 5. ita ait.

Ea propter, dilecti in Domino filij devotionis vestra precibus favorabiliter amones, vos, & prædictum ordinem, personas, & Ecclesias, Oratoria, domos, res alias, & loca vestra, ac spectantia ad eadem, in quibus inhabitatis ad præsens, vel habitabitis in futurum, cum omnibus ruribus, & pertinentibus suis, ac personis dependentibus in eisdem, in jus, & proprietatem Beatri Petri, & Apostolicæ Sedis assumimus, illaque à cujuscunque Diocesanis, & cujuscunque alterius potestate, & dominio omnimodè in perpetuum prorsus eximimus, & de gratia specialiter decernimus, ex nunc vos, & ordinem vestrum per

44. Rodrig. Compend. Carmel. 45. Balla. Et sonas

personas, Ecclesias, Oratoria, domos, & loca prefata ac pertinentia ad eadem, soli Romano Pontifici, & diſta ſedi tam in ſpiritualibus, quam temporalibus, abſque ullo medio ſubiacerent, ita quod, nec locorum Ordinarii, nec alia quavis perſona Eccleſiaſtica in vos, & Ordinem veſtrum, perſonas, Eccleſias, & Oratoria, domos, loca prefata, ut pote prorsus exempta poſſunt excommunicationis, ſuſpenſionis, aut interdicti promulgare ſententias, aut alias poſtatem iuriſdictionis aliquam exercere, quod ſi forſitan quidquam in contrarium à quocumque fuerit attentatum, illud omnino ſit irritum, & inane. Similia privilegia habentur in mari magno ejuſdem Sixti Quarti conceſſa Patribus Dominicanis, & Franciſcanis, & Auguſtinianis, ac Patribus Societatis per Bullam Gregor. VIII. de quo late Rodrig. tom. 2. quaſt. 2. art. 17. in fine, & 63. Maranta de Ordine iudicario part. 6. membr. 1. n. 63. & citat multos alios, Bordon. Refol. 3. n. 367.

46. Ex quibus verbis aperte conſtat, quod Religioſi ſunt de familia Papæ ut pote in ius, ac proprietatem Beati Petri. Et quod Domini Episcopopi nullam habent iuriſdictionem in eos, nec in ſuas Eccleſias, nec quæ ad eos pertinent, ut conſtat ex verbis expreſſis Pontificis: *Auſuſus Diaceſani, & cuſuſlibet alterius poſtate, iuriſdictione, ac dominio prorsus eximimus.* Et ſic Domini Episcopopi nullam habent poſtatem, ac iuriſdictionem in Eccleſias, ac loca Regularium ut pote in ius, ac proprietatem B. Petri aſſumimus, ac proinde, ſi Domini Episcopopi in hoc ſe volunt intromittere, erit ſaltem mittere in ſegetem alienam, & addit Summus Pontifex, *Quidquid in contrarium à quocumque fuerit attentatum, illud omnino ſit irritum, & inane.*

47. Ex quibus multa deducuntur. Primum, non poſſunt præcipere Domini Ordinarii, ut in Eccleſia Regularium Confeſſionarii ſint in tali, & tali loco, ut in controverſia fuit deſiſum in hac Curia Olyſſiponenſi, quia Eccleſia Regularium ſunt omnino exempta ab eorum iuriſdictione.

48. Secundò, Colligendum eſt, quod Domini Ordinarii non poſſunt præcipere, ut Sacroſanctum Euchariſtiæ Sacramentum, etiam à Regularibus, non exponatur abſque eorum licentia, niſi aliquibus Illuſtriſſ. Cardinalium declarationibus, quas adducunt Barbola, & Gavantus, de quibus dicam ſuo loco, quæ cauſa multoties eſt agitata in hoc Regno, tamen omnis difficultas excluditur, quia Clemens VIII. conceſſit reverend. admodum Patribus Sancti Joannis Evangeliſta in hoc Regno, ut liberè, & licitè valeant exponere Sacram Euchariſtiæ quoties eis bene viſum fuerit, quod Breve authenticum ego vidi, & ad longum referam infra, cum de Sacra Euchariſtia fuerit fermo.

49. Rodrig. Quaranta. Tertio, colligendum eſt, quod Domini Ordinarii non poſſunt viſitare Eccleſias Regularium. Ita aperte conſtat ex quadà declaratione Cardin. relata à Rodrig. tom. 1. q. 36. art. 4. & à Quaranta in ſumma Bullarum, verb. *Privilegium, fol. 514.* Et ita habet, *Congregatio Concilii cenſuit Episcopopi, aut alios, cuſuſvis loci Ordinarios vigore cuſuſvis Decreti ejuſdem Conſilii, nullam, habere facultatem quovis tempore in Eccleſiis Monaſterii, domibus Regularium exemptorum, quibus non imminet cura animarum perſonarum*

Rodrig. Maranta.

Bordon.

46.

47.

48.

Barbola. Gavant.

Rodrig. Quaranta.

ſecularium, viſitandis Sacriſtiis, paramenta, vaſa ſacra Altaria, & cætera huiusmodi, aut etiam tabernaculum, ſeu pixidem, in qua Sanctiſſimum Sacramentum, aſſervatur. In quo maxime annotanda ſunt illa verba, quibus non imminet cura animarum perſonarum ſecularium. Si ergo Regulares habent aliquas Eccleſias Parochiales, cum cura animarum ſecularium, ſubſunt viſitationi quoad ea, quæ pertinent ad curam Parochianorum, & Sacramentorum conſervationem ac adminiſtrationem, & ſi in prefatis delinquant puniri poterant ab Ordinario in Lezana. tra ſeptra Regularis loci, ut notat Lezana tom. 1. c. 11. n. 7. ex Concilio Lateranenſi in Bulla Leonis X. que habetur in bullario, tom. 1. conſtit. 10. ipſius Leonis.

50. Et ita etiam deſiſum eſt à Concilio Tridentino ſeſſione 7. de reformatione, c. 7. dicente: *Beneficia Eccleſiaſtica curata, que Cathedralibus, Collegiatis, ſeu aliis Eccleſiis, vel Monaſteriis, Beneficiis, ſeu Collegiis aut piis locis quibuscuſque perpetuo unita, & annexa reperiuntur, ab Ordinarii locorum ſingularis annis viſitentur.* In quibus ſolum ſub acent Parochiales Regulares ad ea que ſpectant ad Officium Parochiale, quoad alia ſubſcitantur ſuis Prælatiſ Regularibus, ut patet ex Tridentino ſeſſione 25. cap. 11. de Regularibus, & ex quadam Bulla Gregorii XV. in ordine 18. ſi verò aliam facultatem habeant Episcopopi, hanc debent obtendere, ut notat Peitinus tom. 4. privileg. cap. 2. n. 6.

51. Colligendum quartò, Quod quamvis Eccleſie Cathedrales, collegiatæ juxta quandam declarationem, Sacra Congregationis Rituum, quam refert Gavantus in Rubrica Gavant. Miſſalis, tom. 1. part. 3. tract. 10. num. 8. teneantur in occurrentia duas Miſſas cantare, unam de Feſto poſt tertiam, & alteram de Feſta poſt nonam, quod dicendum etiam de Eccleſiis Regularium tenet Portel. verb. *Miſſa, n. 7. in dubiis Regularium.*

52. Tamen talis obligatio non militat in Eccleſiis Regularium, quæ ſub Eccleſiis Collegiatis non intelliguntur, nec veniunt, ut Rodrig. probat Rodriguez tom. 1. quaſt. 43. art. 12. & in terminis noſtræ reſolutionis tenet Villalobos tom. 1. tract. 8. diſſic. 19. n. 4.

53. Colliges quindò, An in Eccleſiis Regularium ipſiſ in viſitis poſſit Episcopopus actus iuriſdictionis exercere, ut chrismate, ordinare, confirmare, degradare facerèque proceſſiones ſolemnes ac generales, Episcopopiſ favet, quod poſſint talia facere M. Lezana in mari magno Carmelitar. q. 77. num. 12. & Bordonius etiam tom. 1. in Concil. Regular. Reſolut. 7. n. 132. & ratio eſt, quia talia facere ſunt honorifica, & quando privilegia, ait Lezana, prohibent Episcopopo Conventus publicos in domibus Regularium convocare, intelligi de Conventibus odioſis, contumelioſis, ac præjudicialibus, non verò de his, qui cedunt in honorem, & æſtimationem Religionis.

54. Negativa tamen ſententia, quod non poſſit Episcopopus talia exercere in domibus Regularium ipſiſ in viſitis, eſt communis, quia talia ſunt actus iuriſdictionis, qui nequeunt fieri in loco empro ab Episcopopo, Ita Tambur. de iure Abbatum, tom. 1. diſput. 15. quaſt. 16. num. 10. & Bordon, tom. 2. Concil. Reſol. 63. quaſt. 6. num. 21. Unde

Lezana.

50. Trident.

Trident.

Peitinus.

51.

Gavant.

Portel.

52.

Rodrig.

53.

Lezana. Bordon.

54.

Tambur.

Bordon.

Unde

Unde melius te conſiderata retractat ſententiam, quam dedi priori ſomo ſupra ciſato, & in hac ſententia eſt Diana p. 9. tract. 6. & Miſſell. 2. Reſol. 47. alias 48.

55. Imprimis in tali loco exempto non poſſit ordines celebrare, quia actus eſt iuriſdictionis Ancharan. in Clementina Archiepiscopopo, num. 8. Cardinalis. ibidem, n. 3. in principio, & num. 5. Immo, n. 4. Abbas n. 3. Vitalin. n. 20. nec etiam poſſit Sacramentum Confirmationis miniſtrare, quia habet mixturam iuriſdictionis, & Officii Episcopopalis Anchar. Cardinalis Imola, Abbas, & Vitalinus in locis proximè citatis, neque degradare, Anchar. ibidem n. 21. neque facere proceſſiones ſolemnes, generales, quia hoc poſſit eſſiſ Officii, quam honoris Episcopopalis Vitalinus ibidem n. 55.

56. Colliges ſextò, reſolutionem cujuſdam caſus, quod annis elapſis contingit in hoc Regno Portugalie, D. quidam Episcopopus Conimbr. voluit Sacramentum, ſeu tabernaculum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ in Conventu Monial. de Lorram Ord. S. Benedicti viſitare, Religioſi, qui aderant, reſtiterunt. Reſolutum fuit à Doctorebus Conimbricenſibus, quod ſi Sacramentum erat ſeparatum, unum Monaſterii, alterum Parochiæ, quod poterat Episcopopus viſitare illud, quod erat Parochiæ, utpote quia ad ipſum ſpectabat. Si autem unum, & idem erat ſacramentum, ſeu tabernaculum Sacra Euchariſtiæ, quod tunc non poterat, quia revera erat in Eccleſia, à Capella Monaſterii quod principaliter, & ab antiquo ita reputabatur, & poſtea acceſſorium fuit, ut fieret Parochiale, & principale ſemper trahit ad ſe acceſſorium.

Ancharan. Cardinalis. Imola. Abbas. Vitalinus.

56.

RESOLUTIO XXXII.

De Eccleſiaſticiſ quoad eleemoſynam

QUESTIO PRIMA.

Quomodo iure teneatur Eccleſiaſticus eleemoſynas facere?

SUMMARIUM.

- 1 Prima opinio affirmat teneri Eccleſiaſticos ex decemſia, ſecunda verò ex iure Eccleſiaſticiſ, & n. 2.
- 3 Diana ait hanc obligationem provenire ex ipſa rei conſtitutione.
- 4 Hac obligatio immediate oriſtur à iure Eccleſiaſticiſ, radicaliter à divino.
- 5 Ad illam adinet Apoſtoliſ.

1. **E**ſt à magnis Viris, ac Prælatiſ de materia huius reſolutionis ſum interrogatus, ut quaſtionem à primis fundamentis explicemus, inquirendum eſt à quo iure talis obligatio oriatur. Et primo Petrus de Lorca 2. 2. D. Thoma quaſt. 38. art. 9. ſect. 40. memo. 2. n. 44. ubi in eſt probare hoc ex quadam convenientia emanante, non iure poſitivo Sylveira Opuscula.

Lorca.

introducendum, ut aliqui Doctores dicunt apud Navarr. q. 1. n. 22. E contra Valq. Opusculo de Navar. eleemoſyna, c. 4. n. 15. ſe nullum legiſſe, qui allerat, iure tantum humano teneri Eccleſiaſticos ſuperflua in uſus pios expendere.

2. Secunda tamen ſententia affirmat hanc obligationem in Eccleſiaſticiſ provenire ex iure Eccleſiaſticiſ, ex Concilio Carthaginenſi, & ex Concilio Tridentino ſeſſione 25. c. 1. de reformatione, ubi juxta Canones Apoſtolorum, præcipit Sacram Concilium, quod huiusmodi bona diſtribuantur in pauperes. Ita Sotus de juſtitia, lib. 10. quaſt. 4. artic. 3. Leſſius lib. 2. c. 4. dub. 6. num. 47. Baunius in Theologia Morali, tom. 3. lib. 2. tractatu 9. quaſtione 4. Eſcobar in Theologia Machado. Morali, tractatu 5. examen 5. c. 4. n. 45. Toletus. Machado in ſumma, tomo 1. lib. 3. part. 3. documento. 9. n. 8. citant Toletum, Sanchez, Trullench. & alios.

3. Tertio, Diana coordinatus tom. 4. tract. 9. Diana. Reſolut. 20. n. 4. alias part. 10. tractatu 11. Reſolut. 35. ait, quod ex communi ſententia talis obligatio provenit ex natura rei, ac ex eorum conſtitutione, quia ſunt bona Chriſto conſecrata, & inde convertenda in pium & charitativum obſequium, & non in uſus profanos, ac impios, quod erit grande peccatum, & ait ipſe Diana eſſe ſpeciem ſacrilegi, ea profane expendere, quia ut Divus Thomas ſecunda ſecunda, quaſt. 99. artic. 3. Sacra ſunt, & ideo quædam mandum ſi illiſ injuria, ſi furto rapiantur, ita etiam ſi profane inſumantur, & utrumque eſt ſacrilegium.

4. Dicendum exiſtimo quod hæc obligatio, ne conſumantur in uſus profanos, ſed pios, ac eleemoſynas pauperum formaliter, ac immediate provenit à iure Canonico, ut ait ſecunda ſententia radicaliter, ac fundamentaliter ex natura ipſorum bonorum, ſeu ut clarius dicam à iure divino. Quod hæc obligatio formaliter proveniat à iure Eccleſiaſticiſ probat ſecunda ſententia ex Concilio Carthaginenſi, Tridentino, ac multis aliis iuriſtis; quod autem hæc obligatio radicaliter ac fundamentaliter proveniat ex iure divino non patet ex ipſo Concilio Tridentino ſeſſ. 25. c. 1. de reformatione, de bonis Eccleſiaſticiſ dicitur, *que ſunt Dei, ſunt enim res Dei ut probant Tiraquell. de Conſtitut. limit. 16. num. 3. Tiraq. Navar. Commentar. 2. de Regularibus, n. 3. & de reddit. Eccleſiaſticiſ. quaſt. 1. num. 40. & 4. Joannes Valer. de differentia utriuſque ſori, verb. Munera, diſſic. 1. n. 5. & ratio eſt manifeſta, quia huiusmodi bona ſunt comparata ex decemſis, quæ ex iure divino debentur. Jus autem divinum ea Eccleſiſ applicat ad fabricam, & ſuſtentionem ipſius Eccleſiæ, ac Miniſtrorum ejuſ, & etiam ad opera pia, & honeſta, & non ad uſus illicitos, & prophanos, ſed in pauperes, & egenos.*

5. Hinc Apoſtoliſ Pauluſ 1. ad Tim. 3. n. 2. ait *Oportet Episcopopum eſſe ornatum, pudicum, hoſpitalem, id eſt ut pauperes egenos, debiles, ac peregrinos recipiat ad alimoniam, ita ut domus Episcopopi ſit hoſpitiuſ egenorum, ita D. Hieron. in epistoſa ad Joannem Episcopopum. D. Hieron. Et idem S. Doctor, ad Oceanum; & idem ipſe Apoſtoliſ ſcribens ad Titum c. 1. n. 7. ita: *Ad Tit. 1. Oportet Episcopopum eſſe non turpiſ lucri cupidum, Ec 2. ſed**

2.

Trident.

Sotus. Leſſius. Baunius. Eſcobar. Machado.

Toletus. Sanchez. Trullench.

3.

D. Thom.

4.

Trident.

Tiraq. Navar.

Valerian.

5.

D. Hieron.

Ad Tit. 1.